



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Eustochium V. 2. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

Nov.  
erito  
lifsee  
duos  
dum  
pro  
am-  
bus;  
con-  
ene-  
&  
bus  
suo  
inis  
ent,  
tria  
sa-  
pi-  
le,  
en-  
ia,  
am  
em  
so-  
ius  
do  
na  
in-  
oc  
t-  
us  
a-  
s,  
ts  
2. Nov. VITÆ SANCTORUM. 687  
tencie te funem puta , quo ex inferno  
carcere ascendere hodie ad cælum ani-  
mas facias.

O fratres mei , qui modo modicam fe-  
brum , vel modicum quemcumque dolorem  
non potestis pati , quid , facietis , quantum  
dolebitis , quantum plorabitis illo incendio  
inflammati , & totaliter à pœnis ab sor-  
pti ? S. Bonav. serm. I. de S. Laur.

S. EUSTOCHIUM V. 2. Novembris.

Fuit Eustochium nobilissimæ  
& D. Hieronymo laudatissimæ ma-  
tronæ filia , ejusdemque virtutis ex asse  
heres. Degebat illa sub patrui Hymetii  
tutelâ , certa nulli nisi Agno nubere ,  
eamque ob rem animi potius mundo ,  
quam corporis studens , & hoc pulchrior ,  
quò negligentior sui. At Hymetius alta  
omnia animo volvens , ut quam pulcher-  
rimè posset ornatam virginem ad nu-  
ptias nobilissimis juvenibus venditaret ,  
eam curam conjugi Prætextatæ deman-  
dat. Hæc igitur Eustochio vestes in-  
duere , ad elegantiam sæculi factas , faciem  
fuco tingere , frontem & aures geminis  
pingere , crines ferro & igne fingere ,  
denique totam ad lascivam venustatem  
componere. Sed in tam pulchrâ Eu-  
stochio nihil jam cælo placuit , præ-  
ter lacrymas , quibus naufragium ti-  
mens virginitas quotidie innatabat.

Peri-

688 VITÆ SANCTORUM. 3. Nov.  
Periclitanti tamen succurrit Angelus bo-  
nus, & in somnis ad Prætextatam, Ni-  
mirum, ait, *egregia cognati sanguinis le-*  
*na, mundo conciliabis D e o despōsam?*  
*D e u m nauseas generum habere, terræ fili-*  
*um quæris? ex fronte virginis palestram*  
*Veneris facis! ex oculis Cupidini muscipu-*  
*las struis? ex capellis laqueos nectis aman-*  
*tibus? At non impunè hæc facies. Jam*  
*nim, ut abstinere à lenociniis manus dis-*  
*cant, arescat manus: jam domum Christus*  
*E u s t o c h i u m , te orcus ducet: si porro*  
*neptem D e o invides, certè morti conju-*  
*gem liberosque non eripies. Atque hæc om-*  
*nia evenisse ordine Hieron. affirmat. ò*  
*Superi! quid ad nostræ elegantiam æta-*  
*tis dicetis; quando puellæ viros induunt,*  
*&c (quod turpius longè est) calamistrati*  
*viri (phui) in puellas degenerant? S. Hier.*

*Conditor Angelorum dum in præsepio va-*  
*giens reclinatur, non ostro, sed vilibus legi-*  
*tur panniculis involutus. Erubescat ergo ter-*  
*rena superbia & arrogancia redempti homi-*  
*nis, ubi erumpentibus radīs exorti cornu-*  
*cat humilitas Redemptoris. S. Pet. Dam.*  
1. 6. Epist. 14.

S. WENEFRIDA V. M. 3. Novembris.

**W**ENEFRIDAM nobilem è Britan-  
niâ Nympham Christo Benvocus  
vir famâ sanctimoniaz id ætatis longè  
maximâ despōndit. Nec abnuebant  
p̄r